

eK. 59. 3.

19

EXERCITIVM PIETATIS LXVI.
SIVE PIA AD S. C. COLLATIO
DE
**MANIPVLO
HORDEACEO,**

ad illustrationem loci difficilioris Lev. XXIII, 9-15.

בְּעֵד **QVOD**

P R A E S I D E

Illustris Gymnasi Academici Serenissimorum Principum Anhaltinorum Rectore & Professore Theol.

Ling. Orient. & Historiarum,

HENR. IAC. VAN BASHVYSEN,

S. S. Theol. D. & Soc. Regiae Angl. de propagando Evangelio atque Berolin. Scientiarum Socio,
Scholæ Senat. Serv. Inspect.

AD PRÆPARATIONEM S. C. PRÆDICTI

Gymnasi, a. d. XXIX. Maii MDCCXXXIV.

inter Commilitones

ab hora VIII. - XI. matut.

defendet

JOHANNES GOTTLIEB STVBENRAUCH,
Magdeburgensis Brandenburgicus.

S E R V E S T A E,

I. Typis CHRISTIANI BÖHMII, Illustr. Gymn.
Anhalt. Academ. Typograph.

JVKY RITA VIRIS
EXCELLENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
SVMME REVERENDIS ET DO-
CTISSIMIS.

DOMINO
CAROLO LUDOVICO
PLESSMANN,

Potentissimi Regis Porussiae Consiliario Belli & Domaniorum
Ducatus Magdenburgici & Inspectorri Accise Mag-
denburgicæ vigilantissimo,

ET
DOMINO
CONRADO ZEPPERO,

Theologo Gravissimo & Pot. Reg. Porussiae Ducatus Mag-
denburgici Ecclesiarum Ref. Inspectorri atque Consilia-
rio Ecclesiastico & Concionatori Primario
Eccl. R. Urbis Magdenburgicæ,

PATRONIS ET FAVORIBVS
SVMMOPERE COLENDIS

HOCCE EXERCITIVM ACADEMICVM

Ea quia decet submissione offert

se suaque ipsis porro commendans

JOHANNES GOTTLIEB STUBENRAYCH
Respondens.



DISSESTITO
THEOLOGICO-PHILOLOGICA.
De
MANIPVLO HORDEACEO
ad Lev. XXIII, 9 - 15.

§. I.

Disputationibus de Philologia tribus satis ostendimus, Theologum a nobis formam jussi disputandum suggestui adaptari; Ridet ille Historianis cum onum nugas & apparatus Theologiae Scho prioribus, Iassico-Barbaricæ, quibus ingenium non excolitur, aut judicium acuitur, sed memoria aggravatur, & penitus perditur, prout Tribbechovius, Poirens, Kromayerus, aliquique Viri gravissimi satis ostenderunt: Tempus vitæ mortalium brevissimæ, nimis angustus.

A

stus,

stis limitibus includitur, quam ut istiusmodi aranea-
 rum telis insuntur: Hinc tales subtilium (ut pu-
 tant) magis quam utilium quæstionum consecratio-
 res, non semel a Barclajo in Satyrico falso ridentur:
 Qui non secus ac sciuri in rota circa immobilem axem gy-
 randa occupatissimi movent plurimum, at nihil promovent:
 Utilia sectamur: Non dialecticorum tendicula, quæ
 non tam vincula sunt appellanda, quam phantas-
 mata i. e. umbræ quædam & imagines, quæ cito
 pereunt & solvuntur: Hinc cessat quæstio cur qui
 hic non molli tradunt otio membra, tam cito veri
 Oratores non Hypocritæ evadant & Histriones?
 Quia nulla mihi transit dies, quin excitem eos ad
 non simulatae Philosophiæ Studium, missis Spino-
 fficarum Ethicarum tricis, præcipue vero eos ma-
 nudo ad studium Hermeneuticum, quod sine Lin-
 guis & Antiquitatibus frustra aggredieris, & illotis
 manibus tractans nubem pro Junone amplecteris,
 de Historia nihil addo, quia in progr. quo rationem
 Laborum reddidi, hoc Thema contra contemtores
 Historiæ, satis tractavi & nuper in Orat. Inaug.
 Viadrina idem in dehortatione a studio juris super-
 ficiario plenius evolvit Illustr. JCtus Dn. Consil. Int.
 Boruss. & Juris in Acad. Viadrina Antecessor, Cl.
 Heiniccius, addantur admonitiones ad hoc studium,
 Coccej, Altingii, Burmanni, Spanheimii, quibus orbis
 maiores vix habuit Theologos: Et adde si placet
 nostras

nostras cogitationes de *Theologo solidio* 1717. in Anniv. Gymn. Anhalt. corona Virorum Illustrium & Doctissimorum, Auditorio Serenissimorum Principum Anhaltinorum, Dominorum Nostrorum longe Clementissimorum propositas, & pec. programmata 1728. mutatis mutandis clarius expositas: Talia collegia qui methodo Cl. v. *Til* simul habet, facile conspectum totius Theologiæ sibi comparabit, qui unum negligit, sibi experientia teste, nocebit ipse: Desine jam dubitare an hic aliquid proficere queant seduli Auditores, judicentque Academiæ Professores, non vulgus, ad hæc ineptissimus, an qui ex schola nostra peregre abiverunt, bene præparati fuerint, vel non, & stulti ipsi ex eventu judicent, redeuntibus talibus quales sint, ergo quid profecerint. Hic autem præcipue commendabamus disp. III. *Antiquitates & Traditiones* veras, adeoque & ipsam veterum veram Theologiam, quam cum *Heideggero Catechesin Patrum*, cum *Altingio*, *Ritangilio*, *Virringa* aliis, ipso quoque *Snabelio* (*Viro longiore vita digno*) *Kabbalam* appellare solemus.

§. II.

Videamus nunc novo Specimine an non locus *Argumen-*
Idiotis difficilis Lev. XXIII, 9-15. nobis ope *Antiq. tum hujus*
Jud facilis sit apparitus, pollicem presluri iis qui *disputatio-*
talia *Mystice* exponunt, quos Ecclesiæ J. C. valde *nis-*
inservire, & non *Allegoriomania*, ut *Jeancourius*

A 2

cum

cum Zoilo, loqueretur, laborare probabimus: Tu vero Pater cœlestis, sine quo possumus nihil, per quem omnia, hic Juva, & fac veritatem triumphare in nobis.

§. III.

*Recensens-
ur verba
Textus,*

Verba originalia Textus nostri ita sonant:
 וְרַבֵּר יְהוָה אֶלْ מֹשֶׁה לִמְךָ: וְרַבֵּר אֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
 נָאָמַרְתָּ אֱלֹהִים כִּי תָבָא אֶל הָאָרֶץ אֲשֶׁר אָנוּ נָתַן לְכֶם
 וְקִצְרָתֶם אֶת קִצְרָה וְהַכְּאָתֶם אֶת עַמְרָה רַאשֵׁית קִצְרָתֶם
 אֶל הַכְּחֹן: וְהַגִּיף אֶת הַעֲמָרָה לְפָנֵי יְהוָה לְרַצְנָכֶם
 מִסְתָּרֶת חַשְׁבָּתִ יְנִיפָּנוּ וְהַכְּחֹן: וְעַשְׂתֶּם בְּוֹסֶם הַנִּפְנֶסֶת
 אֶת הַעֲמָרָה כְּבָשׂ תְּמֻםָּה בֶן שְׁנָתוֹ לְיהוָה: וּמְנַחְתָּו
 שְׁנִי עֲשָׂרְנִים סְלָתָ בְּלֹולָה בְּשֶׁמֶן אֲשֶׁר לְיהוָה רֹותָ
 נְיחָח וְגַסְכָּה יְיַזְרְבֵּלָה הַחֹן: וְלֹחָם וְקָלָר וְכַרְמָל
 לֹא תִּאְכְּלוּ עַד עַם חֹרֶם הוּה עַד הַבְּיאָכָם אֶת קָרְבָּן
 אֲלֹהִים חַקְתָּ עַולָּם לְרוֹתִינָסֶת כָּל מִשְׁכְּנִיכֶם:
 יְסִפְרָתָם לְכֶם מִסְתָּרֶת הַשְּׁכָה פִּוּסֶת הַבְּיאָכָם אֶת
 עַמְרָה הַתְּנוּפָה שְׁבַע שְׁבָתוֹת הַמִּזְמָה תְּחִיָּה;
 Versio Academica ita reddit: Item alloquutus est Je-hova Moschen: dicendo: Alloquere filios Iſraelis, edicens eis: quum ingressi in terram illam quam ego daturus sum vobis messuri eritis messem ejus: tunc afferetis manipulum frugum, primitias messis vestrae ad sacerdotem: Qui agitabis manipulum istum frugum coram Je-hova, ad acce-

* (5) *

receptionem vestri : postridie illius cessationis agitabis eum sacerdos. Parabitis autem, quo die agitabis manipulum illum frugum ; agnum anniculum integrum in holocaustum Jehovæ : Et munus ejus, duas decimas Ephæ simillam mistam oleo, igne absumenda Jehovæ, in odorem gratum : Libamenque ejus vinum, quartam Hinia. Panem autem rostasve aristas, aut spicas virentes, ne comeditor usque ad illum ipsum diem, usque dum attuleritis oblationem Dei vestri : Statuto perpetuo per generationes vestras, in omnibus habitationibus vestris. Deinde numerabitis vobis a posterio die istius cessationis, ex quo attuleritis manipulum istum frugum agitationis : Septem septimanæ integræ sunt.

§. IV.

Ubi videmus & Audorem vel instituentem ritus Analyſis
præsentis & illius modum & ordinem. Textus.

§. V.

& Instituentem Ceremoniæ tractandæ, his Tractatio
verbis describit Moses : Item alloquutus est Jehova Mo- partis pri-
mæ, dicendo : In quibus verbis singularis querenda mæ.
est Emphasis : Præmuniunt enim nos, contra Atheis-
mum & Spinoſum, ac errores Sociniani/mo frigidam
ſuffudentes aut arma ſuppeditantes, Hostium
ſtudii Typici, Marshami & Spenceri, Wachteri, alio-
rumque ante eos, qui putant ritus Hebreorum ab
Ægyptiis esse derivandos, quos dudum depexos
dedit, Celebris Witsius, Mayo aliisque cordatis Lutber-

A 3

ranis

ranis (qui facile vident Reformatam Ecclesiam æque ac Lutheranam Viris Doctissimis superbire posse) laudatus & merito laudandus, in Tr. quem *Egyptiacu* vocavit: Vides hic *DEVM* dixisse, non *Mosèn* sua auctoritate mandasse: Deus fabricam Tabernaculi Mosis in cœlo ostenderat Exodi XXV, 9 nam omnia quæ in terris Typice siebant dependebant a cœlo & debebant respondere Archetypo, qui erat in cœlo, ut docte Rabbini בָּעֵל אַמְּנָה *Theologi veteres* scribunt, quorum stylum sequitur Paulus, in divinissima illa ad *Hebreos* Epistola Cap. VIII, 5. præcipue IX, 23. vides in transitu pietatem veterum Doctorum in Israele, bene ergo faciunt, qui eos legunt, & in succum & sanguinem convertunt, quod nisi fecissent Philologi, hoc Thesauro & argumento ad hominem careremus; Quid igitur albo dente *Atheo-Sociniane*, rudes amatores *Kabbale* veræ, quam laudant *Hackspannii*, *Frischmuthi*, *Rittangelii*, *Allixii*, *Coccii*, *Altingii*, *Braunii*, *Lichtfoti*, & qui reliquias veræ fidei in his cum laude scrutatus est *Theologo-Philologus Reformatus* incomparabilis B. M. *Guilielmus Surenhusius*, totus cum vivaret noster, cuius מעתה סִפְרַת הַמִּשְׁרָחָה & Præf. in Cl. *Hottingeri* in omnium versatur manibus: Hic non scripsit de re, quam non intellexit, sed quam probe perspectam habebat, ut decet, regula enim certissima est, nihil sapientem, vel laudare vel vituperare, quod non

non intellexit, & probe examinavit. Quæ ad munierendam disputationem nostram contra ridiculos Kabbalæ & rerum Judaicarum hostes, adeoque non modestos quos amamus opponentes, sed aggressores, rerum nostrarum ut ignaros artis, ita ignavos illius osores: Non enim habet ars osorem, nisi ignorantem sufficere possunt. Deus est qui Mosen alloquitur dicendo: Erat respublica Hebræorum, peculiaris formæ, Theocracia, ut ex L. Z. Fl. Josephi contra Appionem, doctissima, hic supponenda oratione probavit, Herm. Witsius, in Orat. Studioso veræ sapientiæ legendâ, de Theocracia Israelis: Hinc solus dat leges, qua sacras qua Civiles; Si non omnes saltem plerasque Typicas, res cælestes præfigurantes: Observandas in terra Typica, ita cum Viris Doctissimis, appello terram Canaan, quicquid contradicat infamis Atheus Jacobus Tolandus, melle & lacte fluentem. Hinc per Mosen Ergo sequentia mandat populo suo Israeli.

§. VI.

Deus ergo loquitur ad Mosen; Non jam lo- *Personæ cuius*
quemur de Moſe: Ostendimus enim alibi ita vocari, *administra-*
illud miraculum hominis, de quo plena sunt sacra *tionem Rei-*
& profana volumina: Legatur modo Petrus Daniel publicæ Ty-
Huerius Episcopus Abricensis, qui Herculem & reli- *pice Deus*
quos Deos & Deas, omnes in uno videt Mose, ubi *commendatio-*
ab ipso discedamus indicavimus in disputatione pro- *verit porro*
lixæ *describitur.*

lixa de ISIDE hic (Serv.) Respondente Gualt. van Bushuysen, filio primogenito detenta: Fuit servus fidelis in tota domo Dei, ut famulus ad testificanda quæ post erant dicenda, Hebr. III, 5. Non solum ergo inservivit domui V. Testamenti, sed insuper ipsius officium erat scenæ futuræ inservire, adeoque Lex Mosis est Typica: Terra Typica futura erat Canaan, cuius Reipublicæ antequam in eam venturi erant, futurus erat post Deum immortalem Architectus: Cujus fundamentum erat amor Dei & proximi, quis enim vidit Rempublicam tam bene ordinatam, tam sanctis munitam Legibus, quam est Respublica Judaica, ut Vir industrius & in doctrinæ mente immortalis Wilhelmus Zepperus (cum Hierbornensis ut se vocat Ecclesiæ Minister) in Explana-tione Legum Mosaicarum Forensium Herbornæ 1604. in 8. pluribus demonstratum dedit: Tailor præstansissimus Angliæ Theologus probat Mosen esse Typum melioris Testamenti Mediatoris JESU Christi: Illum ergo Leges Mosaicæ describunt, ut ille ipse valedicens orbi digito monstravit venturum esse Prophetam se majorem Deut. XVIII, 18. 19. Tempus non permittit pluribus hæc demonstrare: Sufficit Mosen scripsisse ea, quæ perpetua memoria & grata recordatione commemoranda erant in Ecclesia: Absit ergo nos cum Spencero statuere velle, Deum multas Leges sine ratione statuisse, Tyrannicum

nicum jugum populo suo imposuisse: Audiamus potius Magnum illum Ecclesiæ Reformatæ Doctorem, Job. Buxtorfum, qui Maimonidem Doctorem perplexorum, Latina veste induit: Sic ille Præf. suæ Editionis: *Quia vero a multis tum temporis, (quo Maimonides hunc hebreum ederet) asserebatur, Præcepta Mosaica nullo deliberato consilio, nullas certas ob causas a Deo data esse, sed solum ex mero beneplacito & voluntate proposita; Ideo & contra hos disputat, tum in genere, tum in specie, Præcepta singula suas habere causas & rationes ostendens.* Hic Labor fuit piorum Rabbinorum, ut vel ex hoc leví specimine patet.

§. VII.

Ecce simul fundamentum unde sequentia *Mosen non manabunt*; Fx Rabbinis enim, quorum non minimale sed minus fuit R. Moses filius Maimonidis, non Spinoza, de optime ex quo legatur Cl. Puffendorfius in aureo Tractatu de posuisse *Jure Naturæ & Gentium*, p. 152. & seq. Non Spencerio, Rabbino, non Marshamio, non Clerico, legem præsentem, de quos ergo Manipulo Hordeaceo explicabimus, & Christo non ac-^{in hac dis-}commodabimus, sed eum ex intentione Spiritus ^{non alios,} Saneti his præfiguratum fuisse palam faciemus. *tuto seque-*
Hulsius, aliquique nullo lecto Rabbino, eos contemse-
runt, ergo ipsis jus interpretandi S. S. negare debemus: Fuerunt illi homines nostræ artis ignari,
nec odissent Rabbinos, nisi Doctoribus harum re-

B

rum

rum lauream honoris, ex eorum intellectu accep-
 tam, invidenter: Ablégamus eos ad Lundium,
 Ecclesiæ Lutheranæ Doctorem industrium, qui
 dolet quod quidem rivos amet, sed fontes non fa-
 tis intelligat: Modestiam Cl. Sal. v. Til non fatis lau-
 dare possumus, qui non raro ad nos, *amo rufato-*
res fontium studii utilissimi Antiquitatum, eti per
meæ juventutis infelicitatem, neminem nisi Judæ-
um, cui non fidebam inyenire potuerim, qui mihi
intellectum, Antiquissimorum horum Doctorum a-
periret: Audi Edzardos & Fechtios, locis a nobis a-
libi productis, & vide an in Antiquitatibus utilissi-
mis Doctori Ecclesiæ Rabbinis carere possimus:
Acquiescat qui ea quæ Calovius, sua fine dubio Ec-
clesiæ ornamentum, pro Messia, ex Rabbinis alle-
gavit mente pensitaverit: Quid Sohar edit: Cremon.
P. 2. fol. 95. 4. Cum Israëlite adbuc erant in terra san-
*cta, abstulerunt illi morbos omnes & castigationes a mun-
 do, per cultum Leviticum & sacrificia; Nunc autem Mes-
 sias auferit illa ab hominibus in hoc mundo, donec homo
 ipse ex hoc mundo egrediatur: An hæc non redolent
 prima Theologiæ veræ vestigia, quæ consensu
 omnium cordatorum Theologorum, brevissimis
 illis continentur verbis: Præterea inimicitiam ponit
 inter te & mulierem hanc, similiterque inter semen tu-
 um, & semen hujus; Hoc conteret tibi caput, tu autem
 conteres huic calcaneum: Gen. III, 15. Hic textus est
 totius*

totius s. s. quem Sancti Prophetæ post primum omnium mundi scriptorum, Mosen, exponunt: Quæ qui ignorat, quomodo Judæum convertet? Memoriter ei recitandum inculcabit vel *Lutheri* vel *Calvini* Catechismum, quem sine succo in anima recitat: Judicio debent veritates inculcari, hic debet Vir doctus ostendere Antiquos Judæorum Patres, idem, nobiscum, circa Messiam, ejus nomina, personam, naturas, opera atque adeo officia sensisse, quod sine Libris *Kabbalisticis* frustra tentabis, ut exemplo *Abaronis Margalitæ*, ostendere possem, si actum agere vellem. Modestius de his scripsit *Joh. Mullerus Prof. Hamburgensis*, in suo *Judaismo*, quam alii qui sibi dum sapere videbantur, juxta *1 Cor. III, 19.* stulti facti sunt: in summa omnia contrahamus: *Kabbala* cognitione carens, ad magnum opus *Conversionis Judeorum*, vel propagandum, vel Christianissimum contra eos protegendum aut defendendum est inidoneus: Quid ergo albo dente *Kabbalam* ride, ejus usum ignorans? Vide de his plura apud Exc. Dn. D. & Prof. *Wokenium* in *Diss. de Pietate Critica* §. XVII. Ubi etiam de Utilitate Clavis meæ *Talmudicæ* pluribus agitur.

§. VIII.

¶ His positis, jam videamus quid porro nobis explicandum sit; Jam enim pergimus ad secundam Textus partem; Ubi occurrit

B 2

A *Lo-ve secunda.*

- A Locus offerendi Manipuli ; Quum ingresso fuerint in terram Canaan, versu 10.
- B Tempus, altero die Sabbathi &c. versu 11.
- C Res, nempe oblatio primitiarum ex frugibus ante Messem vers. 12.
- D Cum additamento, Holocausti, ex agno immaculato anniculo versu eodem 12. atque munere seu מִנְחָה ex simila & oleo, atque Libamine versu seq. 13. ubi mensura vini determinatur.
- E Et methodo computandi inde *septem septimanas* ad festum Pentecostes, quo offerendi erant duo panes Triticei, cum additamentis suis, versibus 14. 15. ubi etiam nonnulla de modo tractandi שְׁמַרְתָּם seu Manipulum a Mose mandato Dei adduntur.

§. IX.

Locus offerendi Manipuli Hordei. A Locus ergo ubi hoc מֵצַח (ut Judæi loquuntur) seu Præceptum de offerendo Manipulo observari debuit, est stylo Mosis ; Terra quam ego (Jehova) datus sum vobis : Deus ab æterno decreverat præter Summum Bonum, hæredi certæ œconomiae quoque dare pignus cum vitæ cœlestis beatissimæ, tum etiam ipsius N. Testamenti, hoc Bonum in T. nostro appellatur, terram quam datus sum vobis : Illam esse terram Canaan, non sinit nos dubitare collatio Spiritualium cum Spiritualibus,

bus, radix invenitur Gen. XII, 1-3. ubi Deus Patriarchæ Abraham ostendit terram semini suo dannam, cum promissione quod in ipso benedicentur omnes familiae terræ. Quæ terra Cap. præcedenti vocatur *Canaan*, versu 31. Et Geographice describitur Gen. Cap. XV, versibus 18 - 21. Quo tempore & quo usque illam occupaverint, alii sedulo investigarunt, & phrases *cis* & *trans* Jordanem, a quibus multum in studio Antiquitatum dependet satis explicarunt, inter quos eminent, duo lumina Ecclesiæ Reformatæ, quorum vitulo nisi alii ingratuarant, in his certe errarent: Doctiores sciunt me digitum intendere in Viros, quos Musa verat mori, *Sam. Bochartum & Adrianum Relandum*, Amicum dum viveret integerimum, (quis ergo dicet inter Reformatos, non dari viros doctos, contrarium disp. superiore ostendimus, allegato *van Til*, in Bibliotheca Theologi, que non nisi a malis carpitur, ut nostri non raro a Doctissimo *Salomone Deylingio*, hem quanto Viro, *Pfeiffero*; aliisque sine numero doctioribus Ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ. Professoribus allegantur, & merita contra alios ingratos, laudantur) quorum scrinia expilarem, si de his scriberem plura, qui malo propria cum B. L. communicare, quam actum agere, & cramben coctam, cum nonnullis exscribillatoribus, recoquere, Potillatorum hoc est, non Virorum Doctorum.

pīus accedō ad scopum meum ; ritus Judaici, ut
 probavimus supra , relationem habent ad terram
Canaan, unde sāpe in Pentateuco hoc inculcatur,
 hæc & illa facienda esse cum venerint in terram
Canaan, ita tribus Festis solennioribus, omnis ma-
 sculus debebat comparere in urbe *Jerusalem*, vide
 inter alia *Deut. XVI, 16.* Quod quomodo intelligendū sit, nemo melius exposuit, quam *Abarba-
 nel*, quem quia tantum conferre videbam, ad stu-
 dium *Antiquitatum Judaicarum*, ad studium Prophe-
 ticū, necessariarum, anno 1710. Hanoviæ propriis
 sumtibus , in propria Typographia edidi. Loquor
 de *Abarbaneli* in *Pentateuchum*, nam qui nam edide-
 rint reliqua ejusdem Viri Doctissimi scripta, satis,
 exposuit Amicus noster, Patroni & Amici filius,
 Dn. Job. Henr. Maijus , in accuratissima descriptione
 vitæ *Abarbaneli*, ex quo quantum hauserint Viri
 docti , satis nobis enarrarunt *Buxtorfius*, *Meyerus* &
 qui ab aliquo tempore , olim minus cultas, has an-
 tiquitates, in clariorem posuerunt lucem : Define
 ergo Zoile dicere, studium Philologicum non esse
 impartiale, sed solum discendum a cuiuslibet Con-
 fessionis & Sectæ hominibus , qui profectibus pri-
 vant suos, cum id docent quod ipsi non intelligunt.
Veritas est in re, non Confessionibus hominum, &
 omnis nostra fides resolvi debet , in solius S. S. &
 rationis auctoritatem : Et ille est Theologus soli-
 diffimus,

dissimilis, qui possidet omnia adminicula nostræ scientiæ, quæ non sunt Theologia *Polemica*, sed pacifica, vel si mavis scripturaria. Vides jam ex natura Fœderum & Testamentorum Dei fluere omnem illam Oeconomiarum mutationem; durante *Veteri fædere* hæres æterni Testamenti est sub tutoribus & Pædagogis, ut Paulus per totam Epistolam ad *Galatas* ex professio probat: *Lex sc. Mosis*, intraverat propter transgressionem, fœdus contra propositionem Dei factum ad montem Sinai, & Idolatriam vituli aurei, de quo *Exodi XXXII.* per totum. Cessante itaque *Veteri fædere*, desinunt omnes *Umbræ & Corpus Umbrarum* venit, nempe *נָשָׁרֶת* ut *Judæi* vocant, vel ut Christiani loquuntur *Jesus Ecclesiæ suæ Dominus, Rex, & proprietarius*, vide id expresse docentem Paulum *Coloss. II, 17*. Quæ sedulo inculcanda sunt omni *Judæo*, transituro ex castris *Judæorum* ad exercitum veri *Messiæ*, præter quem nullus expectandus est, quoties enim decepti fuerint *Judæi* falsis *Messiis*, nemo melius docuit Doctore *Gymnasii*, eoque Reformato, quem omnes docti Lurtherani laudabunt, *Johanne a Lent in Hist. Pseudo-Messiorum*, quem laudibus æquis affecerunt, duo eximi scriptores Reformati, quibus coronam rei bene gestæ, nemo negabit, *Campeg: Viringa & Collega ipsius Nicolaus Gürlerus*. Scilicet dantur Viri laudibus eximi, quorum

rum contra honorem peccant, illi qui optima ex iis
exscribunt, & eos tamen, quia alius sectæ vel
Confessionis vituperant. Quicquid sit, hic pedem
figo, habeo quod volo, Textus noster ipse dicit:
Quum ingressi fueritis in illam terram, tum facietis
ea, quæ jam sequuntur: An non enim necessari-
um consequens est, extra terram Canaan, non dari
manipuli sacri & mirandi Legem: Idem dictum
erat de *Jubilæis* ut disp. præcedente ~~etiam~~ dicta, qua
ex natura *Jubileorum*, usum *Philologicæ sacræ*, con-
tra illius contemtores probabamus, ut *Jubilea* in
terra Canaan observanda erant, quia erant *Typi*
verum *Jubileum* adducturi *Messiæ*, ita quoque tum
demum D E O erat manipulus noster offeren-
dus, cum in illam venerint, desiturus cum illam
perdituri sint.

§ X.

Tempus
offerendi
Manipuli
bordeacei.

B Lustrata terra offerendi Manipuli, nunc
evolvamus certam circumstantiam, de qua vix ac-
ne vix quidem alii Viri docti qui de Manipulo scri-
pserunt cogitare vel voluerunt vel Gamaræ igno-
rantia potuerunt; Ergo etsi alii de hac materia
præstantissima scripserint, tamen longam nobis re-
liqueunt messem post spicilegium; ubi præcipue
laudandus est, meus olim in Acad. Franequerana
amicus, Job. Henr. Schrammius, Herbona Marpur-
gum, & iterum Marpurg Herbonam ad eam sta-
tio.

tionem evocatus, in qua & mei facta erat honorifica mentio, Consil. Eccl. inspectoris, Pastoris & Prof. Primarii, quem ipsi Viro Doctissimo non invidemus, sed nostra sorte contenti gratulamur meritissimum honorem, qui brevissimis Thesibus, Frf. ad Viadr. 1706. pro Summis in Theol. honoribus rite impetrandis, hac de materia disputavit, laudatur a nobis in Syst. nostro *Antiq. Hebr.* pag. 201. Utinam autem non omisisset caput rei, tempus oblationis manipuli vocari מחרת השבת supra adducta versio habet: *Postridie illius cessationis*, Arias Montanus vertit a *crafino cessationis*, & ad marginem scribit in *crafnum*; Latinitatis castæ amator *Sebastianus Castilio* reddit: *Sabbathi postridie*: omnes paruin solliciti quid ibi per Sabbathum intelligatur, an dies *creationis* septima, vel festi Azymorum prima, vel ipsius oblati Paschatis: Nostrum igitur est hanc determinare quæstionem, quæ tempus accuratius describit, quam illud Sole occidente prædicti Cl. Schrammii §. XVI. pag. 5. ex Cl. Rhenferdii sui & mei Præceptoris p. n^o 6. §. XII. ed. Vers. Joma Cl. Scherringhamii *comparationis Anniversarie expiations Pont. M. Hebr.* cum unica expiatione J. C. quam male *Surenhusius* in Corp. Mishico, & longe pejus Cl. *Millius* in editione operum Viri acutissimi omisit, cum inter præstantissima ipsius merito referri debeat, cum illa ad Illustrēm *Cuperum* Ep. quæ invenitur in Bibliotheca

C

theca

thea Doctissimi Vicini nostri, & in Christo Fratris
dilectissimi, Dni. Jacobi Collini, Seren. Ducis Saxo-
Barbyensis Concionatoris Aulici Clariissimi; quod
ideo monemus, ut appareat quantam Viris doctis
faciant injuriam, qui in ed. Op. ipsorum præstan-
tissima omittunt, quale quid *Witsi* aureo Libello
Practica Christiani factum fuisse, in Præf. nostræ
illius opusculi Editionis amice, ut solemus, monui-
mus, nam bile hæc omnia, quæ hic dicimus ca-
rent, & ad Gloriam Dei proponuntur & declaran-
tur: Præstat hæc sciri, quam ignorari. Optime
Aharb. citante Mejero de Festis p. 297. editionis no-
bis donatae in 4. Quod (inquit) vers 11. dicitur
בְּמִחרָת הַשְׁבָתָה A CRASTINO SABBATHI, sci-
endum, diem festum solennem primum Paschatis vocari
Sabbatum, sicut & dies clangoris vocatur שְׁבָתָה SAB-
BATHVM vers. 24. quia dies primus Paschatis est dies
primus festorum dierum, ideo a festo Paschatis vocatur
הַשְׁבָתָה cum הַ demonstrativo, q. d. SABBATI IL-
LIVS CVIVS MODO MENTIO FACTA:
Nam in illo die 15. prima erat solennitatum quies & ce-
fatio ab opere. Nequaquam vero cum Karræis errantibus
est dicendum, intelligi præcise CRASTINVM DIEM
SABBATHI CREATIONIS, b. e. diem primum
septimanae. Sic versu 15. 16. ET NVMERABITIS
A CRASTINO SABBATHI; quia inde debuit fieri
numeratio. Siquidem Deut. XVI, 9. dicitur, EX QVO
COE-

COOPERIT FALX ESSE IN SEGETE; Quo-
cunque demum illud septimanæ die fieri contigerit. Ita
hic dicitur: **ET NVMERABITIS VOBIS A**
CRASTINO SABBATHI: Cujus Sabbathi? Id ex-
plicatur, quando dicitur: **ET DIE, QVO AFFE-**
RETIS MANIPVLVM AGITATIONIS. Ab
hoc quippe die debebant incipere numerare septimanas in-
tegras, quæ faciunt 50. dies, a die allati manipuli se-
cuti dicitur: **EX QVO COOPERIT FALX ESSE**
IN SEGETE, INCIPIES NVMERARE SEP-
TEM HEBDOMADAS. Quid jam dicis con-
teintor Rabbinorum, non lectorum, imo non visorum,
& si videres tibi Libri obsignati ad instar futurorum,
ubi quis diceret lege, & responderes, non pos-
sum intelligere, ut verba Judæorum induratorum
Prophetas legentium, sed ad Messiam non appli-
care valentium, quia Spiritu Sancto carent, apud
Jes. Cap. XXIX, versu II. huic negotio applicans
ad tempus mea faciam: An ex Scholasticis vel his,
major Textui nostro affunditur lux? Concludi-
mus *crastinum diem Sabbatht*, esse XVI. *Nisan*. Quia
dies XV. qui est primus Paschatis, vocatur *SABBATHVM*, quia est dies ille, quo opus omne
primum cessat in festis diebus. Et cur nobis absurdum
videretur, diem solennem, per septenarium
numeratum, vocare *SABBATHVM*, cum *השבת*
annus intermissionis ob hanc rationem nomine

C 2

SAB-

SABBATHI vocetur? Confer *Megillat Taanith* Cap. 1. & 2. Ex quo $\omega\sigma\pi\tau\alpha\delta\omega$ patet Festum hoc agitationis esse Typicum, quis enim dubitat Numerum septenarium esse *Typico-Allegorico-Propheticum*. Non probabo hoc Servestæ, quia id dum persuasit doctioribus Anhaltinis, *Coccejus*, *Burmarius*, *Momma*, *van Til*, & præcipue post *Lydium* (*Virum paucis cognitum, sed incomparabilem*) *Johannes van der Wayen* (hodierni Cebebris ex Frisia ad Hollandos Legati *Jacobi JCTi Summi*, Viri incomparabilis ut Eruditionis, ita vitæ integerimæ & Politæ, pater nunquam memoria Batavorum & Friesorum intercisorus) cum in aliis demorsum unguem sapientibus scriptis, tum in primis opere, quicquid obreget malignitas, ævum laturo, de *Numero Septenario*: Non sufficit miseros homunciones, pusionesque, huic Atlanti negare magnitudinem, & omnes Reformatos Doctores, qua vivos, qua mortuos contemnere, sed hic audiendi sunt, *Deylingii*, *Pfeifferi*, *Meureri*, & *Priiii*, atque alii Viri moderationis ingenii, qui multum lucis in S. S. Batavo-Reformatos intulisse facile mecum confitebuntur. Nec sufficit dicere, *vespera* collectum Manipulum ex *Rhenferdio* Viro, qui sua ex *Gemara* quam sub Celebrioribus Rabbiniis, tandem mecum ex R. *Samuel Mi Posen*, vid. *Sinc. Veridicus* (oppositus mendaci ab *Ingenius* contra naturam dito)

Etio) Franequeræ hausit, quod enim sine magnis sumtibus domi ex Cl. Eisenmengero mihi ante profeciones Academicas ignoto, post redditum notissimo, discere potuisse, magnis sumtibus in Belgio ubi id quærerem cum non invenirem, ex Rabbinis duobus Aharone Margalita & Samuel Mi Posen multo labore haurire debui, quæ jam hic ut Hanoviæ lumbens aliis impetriri vellem, nisi aliis persuaderent stylum meum nimis altum (seu Collegia ut vocant) aliis vero persuasum vellent, non decere Lutheranum talia apud Reformatum discere debere, cum ipsi ad talia docenda inidonei sint, & sic minuto numero, vix operæ pretium est, me tam preiosa, hic docere ; Sed hoc probandum : Traditionales quidem numerationem *A VESPERA*, juxta dies Legis, inchoandam esse, contendunt ; Karræi vero numerationem a *DILVCVLO* inchoant, eo quod initium sit arcessendum a die, quo adferunt manipulum, quod is sit oblatus mane, juxta dies oblationum a mane ad mane. Quod vero refuto ex solo vocabulo בבקר in matutino tempore, quod non invenitur in Texu nostro, sed מחרת השבת in craftino Sabbathi, cuius initium est a vespera. Ac si dicatur hodie est Sabbathum Festi primum, prima ejus dies, XV. & incipiente hic XVI. numerabis VII. integras septimanas & tunc erit Pentecoste ; cum vero numerare incipies, tum offeres Manipulum hor-

deaceum D E O , ritibus sequentibus : Minime hau-
 stis ex cerebro humano , quod necessum foret , si
 ex Ægypto arcesserentur , sed ex Dei præcepto ,
 quod est Typicum , altiora enim eo Deus volebat
 indicare , ut ex sequentibus patebit : Qualia sunt
 inculcanda Judæo convertendo , non vero studium
 Polemicum , ut proh dolor ab Idiotis , qui cum ipsi
 nondum sint ad Deum conversi , alias conver-
 tere volunt , fieri solet , quos ablego ab Orobii objectio-
 nes Doctissimo Limburgio factas , videantur an illas
 solvere possint , nam Elenchos memoria mandan-
 dos , ut fieri solet , illis injungere nullius artis , sed
 magnæ malitiæ est . Non in quovis agro nascentur
Broughtonii , *Calvörri* , *Soldani* , de quo vid . Präf . Clas-
 sis meæ Talmudicæ ; Qualia & ipse sine ulla difficul-
 tate , præstarem , si a Regia Soc . Berolinense , vel
 aliunde mihi sumtus suppeditarentur , & non poti-
 us omnia media abscinderentur proficiendi alii :
 Quæ hac vice dicta sufficiant , vides sane B . L . ab
 uno illo vocabulo קב omisso multa pendere , &
 sic in aliis s . s . vocabulis : Q uare Theologus , præ-
 cipue conversurus Judæos , debet esse exercitatis-
 simus in scriptis Hebræorum , præcipue veterum ,
 ante Pharisaismum ortum , Orthodoxorum , Patrum
 Judaicorum , quos cur non cum supra citatis
 Kabbalistas appellarem ? Tibi ne anice imperium
 in conscientiam meam datum est ? Vos vero Pfeif-
 feri ,

feri, Deylingii, Zeltneri, Wokenii, Lakemacheri, Michaelis, ex Dn. Lutheranis: Et ex Reformatis Miegii, Gablonskii, præcipue & Fabricii atque Alphenii, Buxtorfii (hem quanta nomina) Gjongijosii, aliquie judecante, non Zoili, Momii, & invidi Idiotæ.

§. XI.

C, Jam sequitur res ipsa, quæ est γενε be- De re ipso
ne vertunt *Manipulus*; Notat enim tantum frumento Manipulo
torum, quantum uno iectu falce meti manibusque ex messis
comprehendi potest: Vide Jobi XXIV, 10. & Ruth. præpara-
II, 7. 15. Græci vertunt δραγμα: Hinc Psalmotio sumto.
CXXIX, 7. γενε manipulus colligens est LXX. ο τα
δραγματα συλλεγων. In Textu nostro non determi- Quid non
natur ex quibus frugibus, quali quantitate, quo determina-
mense, sed Rabbini determinant fruges, quanti- sur in S.S.
tatem & mensem oblationis: Ecce minime carens- sed a Rabbis-
dum usum Rabbinorum, quos ipse Dietericus in his.
Antiq. B bl. & Saubertus in Tr. de Sacrif. atque Lun-
dus præter Lackemacherum, Hardtium & Danzium,
Dassovium &c. laudant: Audiantur a Christiano
vel Judæo, adeoque Reformato vel Lutherano:

Prima Quæstio solvitur ex natura variæ ut Responso-
simentis ita Messis, hordeum primo maturescebat, ad questio-
unde serebatur Mense Marchevani. e. circa nostrum nem pri-
fere Novembrem: Mature hinc protruditur in ari- mam, ex
stas, ut meti possit menie Paschali qui est Nisan, no- quibus fra-
stro respondens Martio exeunte, vid. Münsteri Ka- gibus Ma-
lenda- nipulus ef-

set offeren- tendiarum Hebraicum : Triticum serius , unde hoc
dus. זרען אל semen serotinum , illud vero זרעה semen precox , vocatur , vid. *Glossa super Rosh Hashanah* fol. 16. 1. Unde Goere T. III. p. 218. suarum Antiq. quibus usus esse videtur *Lundius* , non habet causam dicendi verisimile esse *Manipulum nostrum* ex *Hordei* agro sumtum fuisse : Nam ex Exodi IX, 31. confirmatur sententia *Gemara* , *Mishne* , *R. Salomonis Jitzchaki & Maimonidis* , ex spe messis *Hordeaceae* desumptum fuisse illum *Manipulum*.

2. De Quan-
titate.

II. *Quantitas* est שׁוֹעַת quæ est decima pars Ephæ , quæ quid sit vide apud *Bernardum* , *Beverinum* & *Eisenachmidium* , aliosque præcipue *Andream Acoluthum* , de *Aquir amaria* p. 190. Panes autem Pentecostales constabant ex 2. שׁוֹעַת seu decimis partibus Ephæ ex Rabbinis : Nam S. S. iterum nihil determinat , conf. Goere T. 3. p. 218. Cui non contradicit Bart. ad *Menachoth* Cap. X. §. 1. p. 97. Col. 1. Op. *Mishnici* Tomo V. *Manipulus* tria comprehendit *Sata* : Nam trium satorum hordeum metebant , idque cribrabant donec decimam conficeret electissime farine : Quæ observatio an ab aliis præterita vel observata , an necessaria vel non sit , penes æquum Lectorem judicium esto.

Responsio
ad *Questio-*
niem tertii-
am de tem-
pore oblati
manipuli.

III. Quæstio est decisa in ipso Textu nostro , quando die post Sabbathum h. e. ut ostendimus XVI. *Nisan* , secunda Festi erat offerendus : Hinc illa regula , quæ simul usum *Manipuli* in claram lucem intelligentibus ponit:

Mani-

העומר היה מותר במרינה
ושורי הלחם במקרא אין
מכאים מנחת וబכורות
ומנחת בחמה קורם לעומר
ואם הביא פסול קודם
לשוני הלחם לא יביא
אם הביא כשר:

*Manipulus in provincia per-
mittebat, & duo panes in
Templo. Non adduceban-
tur munera, nec primitæ,
nec animantium munera an-
te Manipulum, si vero quis
adduxisset, male habebat.
Ante panes non adducebant,
si vero quis adduxisset, bene
habebat.*

„Ex Menachoth Cap. X. §. 6. Ubi ita R. Mosche fil. Mai-
men. רוח מזיר במרינה permittebat in Provincia: Sen-
sus est, quod Manipuli oblatio efficiebat ut omnis
proventus novus ubique locorum comedì possit;
Et hoc ex Lege, uti diximus. ושתי הלחם מקודש
Et dua panes in sanctuario: Nempe permittebat
Manipulus adductionem novi proventus qui ad
sanctuarium deferebatur, nam duobus panibus
oblatis, omnia munera genera adducere lice-
bat, sed antea non licebat de industria adducere
munus novum, quia de duobus panibus dicitur.
מןח חרש Quod autem dicat author si trans-
gressus fuerit, & ante Manipulum adduxerit, ma-
le habet, si vero ante duos panes adduxerit, bene
habet, haec ejus est ratio, quod nulli homini li-
cet ante manipuli messem, quicquam metere, si-
cuti exponetur, sed post manipuli messem, omni-

D

, homi-

„homini licet metere, quicquid voluerit: vid. T. V. Op. Mifn. Surenb. ad **תְּמִימָה** Cap. X. §. 6. pag. 100. Col. 2. Habet respectum ad messem, quod indicatur his verbis: *Quum messuri eritis messem ejus, tunc afferetis manipulum frugum primitias messis vestrae ad sacerdotem.* Ad Sacerdotem afferri debet, & quidem ritu solenni, postea lustrando: NB. *Ante Messem offerendus erat קְצַוְתָּה שָׁאָר initii messis vestrae vertit Arias Montanus*, respiciendo ad **בָּרֶךְ** quod vertit (ex timiditate) Homer, ad marginem vero scribit primitiarum: Longe elegantius Castalio: *Vestrae messis primitiarum manipulum ad Sacerdotem affertote:* Cur Legislator non dicit ex messe, sed cum affixo tertiae personæ vestrae ~~—~~ §. 94. & 95. Gr. Atingii; Grammaticalia alias non tango, sed scholis trivialibus relinquo, hic autem necessitas postulat: ut ostendat Manipulum, non ex quavis terra, sed Terra sancta offerri debere; Talmudici tradunt ex agris Judeæ & quidem Hierosolymæ proximis peti debere, quod illuc habitet Gloria DEI: Videntur eum collegisse ex valle cineracea torrentis Kedron propter montem oliveti: Saltem hoc probe notandum ex agro stercoreto, aut arboribus consito neque sisticulo non licere illum excerpere Manipulum, aut duos panes, quod curiosum vide apud Surenbustum (hominem meritorum, non Arcadia oriundum) T. V. Corp. Juris Judaici Tr. **תְּמִימָה** Cap. VIII. §. 2. p. 90. §. XII.

§. XII.

Ritus notabiles hic Doctissimi Hebræorum Ritus circa
nobis notarunt; illum nota-

I. Noſte fieri abſcissionem Manipuli, Op. Surenb. biles.
Misnicorum T. V. p. 89. Col. 2. fine apud Maimoni-
dem.

II. Pellere eum Sabbathum ibid. fin. Col. 1.
apud R. Obad. Barten.

III. Demeti a tribus מנהות C. X. §. 1. p. 97.
dicti operis pulcherrimi, ante quod multos Tracta-
tus transtuleram, sed fruſtra, quia plurima jam
Amicus meus Cl. Surenhufus parata habebat:

IV. Ter interrogabant, & ter respondebatur,
SOL OCCIDIT: Cui spectatores respondebant:
RECTE. Messor pergebat METAM? Populus:
Recte: Messor IN HOC CANISTRO? populus,
recte: Ubi Sabbathum jam illuxisset addebat mes-
sor, HOC SABBATHO? populus denuo regere-
bat: RECTE: Singulas vero quæſtiones ter inge-
minabat, ad quas multitudo ter etiam respondebat:
RECTE, RECTE, RECTE Menachoth Cap. X. p.
98 Col. 2. dicti Op. Surenhufatti, quo plura videre
cupientem remittimus.

V. Quid porro מהנה בז אוֹתוֹ בְּאַקָּר ubi ipsum
ad ignem torrebant ibid. p. 99. dicti T. V. sc. dum ad-
huc erat in spicis Bart. ibid. ex Lev. II, 14. אֲבָבָי קְלִי בְּאַשׁ Quid porro?

VI. Sapientes statuunt quod prius Manipulum decuriebant, sed non ut proventum siccum, quem ope Baculi percutiebant, verum kannis Virentibus, truncisque brassicæ, ne comprimeretur; Postea vero præceptum torrendi in ipso implebatur R. O. bad. de Bartenora: Atque hoc est quod præteriit Pater Rhenferdius, & filius Dn. Schrammius: Quod tamen propter Antitypum maxime facit ad rem.

VII. Hoc quoque omisit Cl. Schrammius, necesariori monendum, ex Menachoth Cap. V. s. 1. quod „omnia munera offerantur ex Azymis, quo referuntur Manipulus, excepto fermentato sacrificii Eu-„charistici & duobus panibus fermentatis: E. ut panes Pentec. habent fermentum, ita simila Manipuli non habet fermentum.

VIII. Omisit idem V. Cl. quod munus Omer & Zelotypiae requirant agitationem & adductionem, מנהרות C. V. §. 6. T. V. Op. Surenb. p. 80.

הנורח חיתח במנוחה והגשת בערך
 Agitatio fiebat versus orientem, adductio ad occidentem:
 Ibid. Adde Maim. ad §. 5. Cap. dicti: הגשת adductio est, qua sacrificium ad alteris cornu adduci debet, nempe ad acumen cornu meridionalis Occidentalis, & hoc est quod dicitur, Lev. II, 8. וְנִשְׁתַּחֲוֵל וְשָׁבֵת אֶל הַמִּזְבֵּחַ adducet id ad altare, agitatione est, qua sacrificium agitant in IV. mundi plagas. Hucusque Maimonides: Opus autem habet שמר agitatione que

תנווה

תְּנַשֵּׁה vocatur & adductione , quæ תְּנַשֵּׁה vocatur : Non תְּרוֹמָה quæ consistit in motione in altum.

IX. Atque ita in altare adducebatur & offerebatur hic Manipulus : Sed non ita 2. panes pentecostales , qui ante sed non in alt. ferebantur , quia fermentum iis: Unde infra docebimus illos quoque Thure & oleo carere.

X. Omisit Cl. Schrammius , quod ex farina pars cesserit altari , pars Sacerdotibus ; Bene observavit Cl. Goere farinam cum oleo depsi ; Mensura olei est Log. Quæ quid sit loci supra adducti docent , videatur Vir Reformatus qui præluisit Lundio Viro Lutherano , sed sanctissimo & laboriosissimo , pietatis non rusticæ sed eruditæ amatori : Ita unus Philologus debet amare alterum , cujuscunque dénum Religionis sit , veritas enim inter omnes & ex omnibus debet esse grata , Viro æqui verique tenaci : T. 3 p. 218.

XI. Sed bene monuit Cl. Vir (Dn. Schramm) p. 12. sale conditum suisse : Nam omnia Ferta & oblationes habent SAL ut Hanoviæ in disp. de Salitione per Ignem docui , Exc. Dn. Sup. General. Werensdorffus , totus noster dum viveret , in dissi. de ead. materia Wittenbergæ , & Wokenius in disp. de Sale sacrificiorum , ibidem , doctissime demonstrarunt , indicato simul rei Mysterio , quod etiam delibavit Cocej Viri Summi , Præceptor , Doctor Doctissimus

Gymnasii Celeberrimi Bremensis, *Martinus*, in
Lex. Philol. ævum laturo, voce *sal.* Quis ergo ne-
 gare auit, *PANEM* ex Manipulo factum salitum
 fuisse, & sic ejus partem *D E O* oblatam, & ad IV.
 plagas mundi in altari agitatum?

XII. Hoc utriusque Cl. Præceptoris nostro (gra-
 ti debemus ita esse Præceptoribus nostris ut Alex-
 ander M. Aristoteli & Coccejus suo Sixtino, quem Vi-
 rum magnum laudat maximus noster *Coccejus* Com-
 ment, ad *Psalm. I. p.4. T.2 Op. Comm.* in *Psalmos & Seb.*
Schmidius, Rambachius, aliisque sine numero Doctores
 Ev. Luth. quorum nomina veneramur. & *Quintil. Inst.*
Or. L. 2. C. X.) Schrammius & ego *Rhenferdus* debemus,
 quod ex *Tr. יהונתן* primus fere Doctorum observave-
 rit, Manipulum aere publico emtus & auctoritate pu-
 blica, præsentibus tribus & pluribus testibus fuerit fal-
 ce abscessus, supra memorata trina quæstione, & re-
 sponse ac absessione non sine Mysterio; Ubi ite-
 rum pro Cap. X. indicio quod non inspexerit Tex-
 tum XII. nobis allegat Cl. *Schrammius*, ut alibi B. M.
Snabelius Vir Celeberrimus & *Rabbinorum* amans, no-
 bis allegat R. *Onkelos* in *Psalmos* *) qui non datur,
 ut ex *Schalscheleth Hakkabala*, *Leusdenii Philologo - He-*
bræo, & *Pfeifferi Critica S. p. 245. Ocklei Tr. de L.*
O. &

*) in *diff. de Ad. primo Typo secundi p. 21. in alleg.*
Psalmi LXIX, 32.

* (31) *

O.&c. facile probare possemus : Ecce usum scientiæ
Rabbinicæ ex fonte.

§. XIII.

D Addebatur, *Holocæstum*, de quo disse- Additur
ruit satis Cl. Lundius adeoque id prætermitto, tan. nunc Holo-
quam obvium & minus difficile : Constatbat illud caußum,
ex agno immaculato anniculo, videatur, *Outram de Sa-*
cificiis, & Philologo-Theologus doctiss. (nam sine *cuius mate-*
ria recen-
setur, & ex-
plicatur.)
Philologia nemo doctus Theol. dici potest, quæ
ante Philos. discenda est, ut doctiss. Lutheranus,
supra laudatus & nunquam satis laudandus Dn. Ma-
jus in Præf. Lex. Hebr. solide & nos in Præf. Tr.
Filii de Philol. *Usu in omnibus disciplinis probatum de-*
dimus : Unde quæ in nonnullis Academiis non in-
veniuntur, vel ibid. præterita sunt, cur non discere-
mus in Gymn. Cl. Cocc. fatetur se Hamburgi apud
Iudæum, adeoque extra Academiam & Gymnasium He-
braicæ & Rabbinicæ Ling: operam non inutilem
navasse : Sc. ibi est Academia, ubi est Vir doctus,
& in omni Academia dantur sæpius supernume-
rarii, pene dixissim superficiarii ; discamus igitur
dum adest occasio & ~~hæc~~ Doctribus nostris pen-
damus lubenter : vid. *Quintil. inst. Orat. de Officio*
discipulorum erga Doctores I. II. Cap. X.)

§. XIV.

Porro additur ~~נִזְבָּח~~ ex simila & oleo : Scilicet Additio
Panis fermentati Pentecostes, de quibus nihil scribi Minchæ.
mus,

mus, quia id præclare, præstitit, Erudiss. Juvenis
 Dn. Dithmarus Hackmannus, Walda-Montanus in Gymn.
 Bremensi 1729. sub Præsidio; Viri Clarissimi Amici
 nostri, Doctissimi, Dn. Doctoris & Profess. Th.
 ac Pastoris Prim. AEd. S. Stephani apud Bremen-
 ses, Conradi Ikenii, binis disp. de duobus Panibus Pen-
 tecostalibus, quæ melius in Academia eloborari non
 possunt, non habebant Thus aut oleum, quod
 quidem habet Manipulus Hordeaceus, quia fermento
 caret, de quo plura alibi, est enim in hac re Myste-
 rium. Unde curiosum est observare, quod Mani-
 pulus in altare portetur & agitur, sed non ita
 ut Judæi panes pentecostales, vocare solent:
 Qui inquiunt, ad altare, sed non in altare ferun-
 tur: Sed jam festinanter reliqua exequi cogor, quia
 demensum huic dissertationi a Doctiss. Dn. Respon-
 dente datum, ad finem pervenit: Satis chartarum
 pro Gymnasio non nostra, sed immature ad Aca-
 demias properantis Juventutis culpa, parvo: Con-
 scientia mea coram DEO est salva, me in mea Pro-
 fessione, quam multis sumtibus didici, nihil negli-
 gere: Præcipue optare plures ad Collegia Hebr.
 Gr. Chald. Syr. Rabbinica advolare, quibus cum
 non levem & perfunctoriā dederim operam, non
 mirum est quod eas inculcarem sedulo, si nume-
 rus justus & gratitudo adessent.

§. XV.

§. XV.

Tandem ergo adfuit Libamen: Quid sit Liba- Porro ad-
men, disce ex Collegiis Eloquentiae, priusquam ad me fuit Liba-
venias. Non sufficit Collegium styli, sed Antiqua- men.
tes Romanae sunt audiendae, ad quas enarrandas va-
cante Prof. Eloq. paratus sum, sed plures earum
usum ignorant, inde se Latinos esse putant, quan-
do Grammatica præcepta didicerunt: Non ita Præc.
mei Gronovius & Perizonius, non ita Exc. Dn. Wilh.
Bergerus lumen suum Vitenbergæ spargens, horum
olim auditor, variis peregrinationibus propter rem
literariam suscepit clarus: Vox habet ortum a Læ-
biis, sic Dido L. I. Aen.

Hic Regina gravem gemmis auroque poposcit,
Implevitque mero pateram esse:

Dixit, & in mensa Laticum libavit honorem,
Primaque libato summo tenus attigitore.

Ubi non male Kippingius: *Antiq. Rom.* L. IV. C. 3. §. 7.
p. 521. ed. Franq. 1695. attigit ore, l. e. πρεμνω, vel
potius a Libero patre, qui primus Jovi libavit, si
non potius a Græco λεύω unde Latini a diphtongo
in i longum commutata Libo dixerunt, confer
Cic. de Legib. L. I. Apud Romanos deinde libare pro
effundere sumitur,

Et vina liquentia fundam.

Nimir. inq. Kippingius *Traçt. citati Libro I. Cap. XI. §. 9.*
p. 227. *ad conciliandos deos marinos.* Hinc apud He-

E

bræos

bræos die VII. non VIII. Festi Tabernaculorum ut
In oratione bene contra Lichf. aliosque probat Hottingerus ad L.
 III C. VI. §. 12. p. 592. Godw. M. & Ab. libabant aquam
 ad altare Holocausti, ex torrente Siloah, quo alludi-
 tur Jes. XII. vid. Maius fil. ad Abaranelis **שׁ יְמֻשָּׁב**
 Librum doctissimum.

§. XVI.

Modus li. Scilicet vinum ferto additum, omnibus Ho-
 bandi apud locanis, victimis salutaribus, & leprosi, pro reatu
Hebreos
ex Talmu-
de explica-
tur.

Scilicet vinum ferto additum, omnibus Ho-
 bandi apud locanis, victimis salutaribus, & leprosi, pro reatu
 & pro peccato jungebatur. Fuitque rubrum, non
 album, cuius ramentum rubedo jam per ætatem est im-
 minuta, cuius rei hæc ratio redditur in Gemara fol.
 87. I. Menachoth Bab. quod non nisi vinum bene ru-
 brum in pretio habitum sit, quod ex Prov. XXI. l. 31.
 colligunt & ad Libamina æque ac ferta & Sacrificia
 optimum merito requireretur. Libabatur autem
 postq. ignis jam carnem comprehenderat, quod
 ordo quo sacrificij juge peragebatur, docet. **שׁ** ad
 Exodi XXIX, 40. Libatio fit in Sympula, sicut disci-
 mus, e Massechet Succa, duo Sympula argentea fuisse, in
 altaris vertice, perforata instar duarum narium exilium.
 Vinum funditur in Sympulum, hoc illud transmittit, &
 per nasum ejicit supra tecnum Altaris; unde per altare
 in foveam subterraneam dilabebatur flante templo secundo,
 sed cum altare aeneum esset in Tabernaculo, & Templo
 primo in terram defuebat: Hæc est Magistrorum sent.
 quam ut Cl. Johann Jacob Crumer, Johann Rodolphi
mei

mei Frater; ita ego cum ipso ex communi Praeceptore Aharone Margalitu Leydæ olim accepi ex Misna Succa Cap. IV. §. 9. & legi potest apud allegatum a dicto Job. Jac. Cramer olim Prof. Herb. & Tig. ubique industrio, docto & felice C. X. p. 157. Tr. doctissimi, de Ara exteriore Templo securdi: Talia sacrificia quæ Libamen habebant in Musica finiebantur; Josephoth C. IV. Berachoth initio: Non canitur super alla consumptione, que in ara sit, V. C. sanguinis aspersione, aut aquæ libatione, super solo vino. Apud Gentes quoque præcipue canebatur ad Vini libationem, unde Spondulae celebre Tibicinum genus απὸ σπονδῶν a Libationibus deor. dicti, inter quas tibias inflabant, Job. Jacob. Cramerus Doctiss. olim vicinus & amicus meus id probavit p. 158 citati aurei Tractatus, quo Lectorem brevitatis causa remitto (ECCE ὡς εἰ προδὼν convenientiam antiqu. H. & Rom. una harum alterius opem postulat res, ut alibi evici.) De mensura vini nihil addemus, quia Textus per se clarus est, & legi possunt auctores §. XI. pag. 24. allegati.

§. XVII.

E Gentiles etiam primitias frugum conse- Numeratio crabant, loca quibus hoc probetur Typorum ho. VII. septembris Job. Clericus ad T. n. allegavit; sed nostri pii manarum, Hebrei longe alia ratione, computant enim ab ab hoc ad oblatione hac solenni Manipuli VII. integras septima-pentecostes dies, quæ cum hoc manipulo habent nexum, ut pec. festum.

E 2

Progr.

Progr. 1722. meis sumtibus hic edito probavi, & hinc
hic brevis esse possum. *) Panem autem tostasve ari-
fas, aut spicas virentes, ne comeditore usque ad illum
ipsum diem, usque dum attuleritis oblationem Dei vestri:
Ultima verba primo expono septem septimanæ integræ
sunto, sc. a XVI. Nisan, ad Festum Pentecostes,
quando juxta Cl. Meyerum **) effet messis, secun-
dum Virum Doctissimum, Dn. Dan. Gerdesum autem
erat duplex messis, primo hordeacea, deinde Tritici,
hæc inciperet temp. Pentec. quam controversiam,
angustia chartarum missam facio & ad Systema meum
Antiq. majus remitto. Magna est difficultas in coll. T.
n. cum Deut. XVI, 9. מחריל הרמש בקמיה תרול לספר
שבועת Cl. Gussetus (Vir Reformatus sed
nihilominus Doctissimus, quid dicas qui negas in-
ter Ref. dari viros doctos?) ex quo falx incepit facere
Kainah, ita ut חטף sit seges, qualis fit a falce seu id
quod falx facit a segete, h. e. seges secta, sive ut
communiter ab incipiendo falcem immitere in segetem,
incipies numerare septem septimanas: Vides jam Lin-
guæ Sanctæ contemtor, & Aristotelis amator, utrum
Philosophia Terminorum an Philologia plus faciat
ad Theologum perficiendum non solum sed & or-
nan.

*) De Nexus Paschatis & Pentecostes.

**) Diff. de opera ministerii Evangelici adumbrata
sub Emblemate collectionis que sit tempore messis
p. 1, §. 9. & seq.

nandum : Ad studium Propheticum quod in paucis Germaniae Academiis tractatur , hic & Bremæ Hanoviæ atque Herbornæ , ob causas notissimas floret : Hoc agitur in Gymnasiis E. non mirum, quod Academicci ad nos æque ac novitii Studiosi veniant. De Pentecoste nihil addo , quia satis de hoc supra cito tatus Dithmar. Hackmann , Præside Cl. Conrado Ikenio , Patriæ suæ ornamento , in disp. supra laudata. Maneo haec tenus in sententia Misne , maestræ sed non sanctuario permittit segetem Manipulus , ast duo panes Pentecostales sanctuario licitam faciunt in eisdem , ut non opus sit ad duas messes provocare , sed nolo de his novos post Meyerum Cl. Gerdesio facere licet.

§. XVIII.

Desine jam Spencere hunc ritum derivare ad Mysterium prostituendos Typos ex Ægypto ; Diabolus est si- *Manipulus*. mia Dei , non Moses imitator Gentis Idololatricæ : Vis Mysterium , consule Rhenferdium diss. supra laudata , ex qua *Saxa Schraminius* , non allegato Viro Celeberrimo ; An non Christus vocatur , primitiæ eorum qui obdormiverunt i Cor. XV, 20. ut ille resurrexit , sic & nos : Quilibet in ordine suo *απαρχη χειροτεκνια* ibid. versu 23. Mirandus est laborum in hoc Festo nexus : Qui omnis respicit Christum : Ex conclavi Korban , adeoque ære publico redemptus est Christus , vid. diss. meam de Si-

clo & Præf. Clav. Talm: quam allegavit de *Proditione Jude*, scribens Exc. D. Lackemacheus: A Synedrii Legatis captus, & quidem in terra Israel, cum transiret vallem Kedron. Manipulus absconditur falce, sic Christus gladio Romano: *Deponitur in canistro*, illud repræsentat. Judæos, Christum captivantes. Defertur ad atrium Templi, sic Christus ad Pontificem & ab hoc ad Herodem & Pilatum. Verberatur camis, sic Christus Bacillis Romanorum, vid. disp. nostram de flagellatione Pauli, qua totam Hist. Romanorum virginis castigati Domini enarramus. Tandem torretur igne, in machina, quæ Abubb dicitur, vid. Misnæ locis citatis, & ibid: Barten. atque Maimonides. Inque mola fabaria, ut puto, molitur: Cibratur, donec ex subtilissima farina, panis fiat, qui partim DEO offertur, partim sacerdotibus cedit: Sane Christus Dominus exponitur iræ divinæ & in cruce torretur: Ut satisfaciat pro Eleætis suis: Define Dippeli nunc satisfactionem J. C. & tu Spinoza, omnia ride re Mysteria crucis Christi: Oleum & Sal additur manipuli farinæ, sic Christus Sanctificatur & sic a corruptione conservatur Psalm. CXXXIII, 2. & Ps. XVI, 10. conf. Act. II, 31. Elevabatur & versus IV. ventos agitabatur: Christus resurgit & ascendit in altum: Ps. 68, 19. *Predicatur inter Gentes* 1 Tim. III, 16. Apostolorum sonus exit in totum mundum, Ps. XIX, 5. Sic sanctificat frater noster totam messiem Hebr.

Hebr. II, 11. *Panis* fit ex manipulo, ita Christus est delicatissimus animæ cibus, qui hunc vere possidet nau-

sefat, delicias mundi, pleni corruptionis: Juxta illud:

Ambitiosus bonos, & opes, & fœda voluptas:

Hec tria pro trino Numinine mundus habet.

Claudimus Festum & disputat. integrum, *Holocausto*,
 munere dāpali & Libamine: Certe enim qui Christum
 possident, possunt se Deo offerre in *Holocaustum*, li-
 bare non mari ut Gentiles, sed *Psallere* Deo; *S.*
Cœna Christianorum, an non est manus Dapale, Li-
 bamen, *Holocaustum?* *Musica libaminis &c.* Sic & lœta
 potest esse sponsa Christi, ut pluribus *de saltatione*
in nonnullis sacris Hebreor. Ilicita edenda diss. probabit,
 Filius meus tertius, *Wilb. Henr.* fratrem primog.
 imitaturus, Antiq. Hebr. usum contra Idiotas, post
 tot Viros doctos pariter probaturus.) Primitivis
 igitur his, ut non elaboratos fructus omnes *Job. Red.*
Cramerus meus, *Relondus*, laudatusque *Gerdesius* vo-
 care volunt, quam controversiam hic tractare nec
 volumus. nec possumus, & sic manipulum vocant,
 Deo oblatis, sanctificata, herba, festo Pentecostes,
 messis plenius sanctificatur, duob. pan. fermentatis,
 Deo, modo supra dicto oblatis: Sic Gentes non
 possunt offerri Deo, priusquam, sed postq. Chri-
 stus adscendit in thronum patris, vid. diss. n. *de Jure*
Messie in thronum patris sui David: Tunc offeruntur
 Deo cum Judæis gentes, ut ex Act. II. plenissime,
 ut alia loca, ut cap. X. *omittamus probari*, potest.

§. XIX.

§. XIX.

*Consensus
Kabbala
seu synago-
gæ ortho-
doxe.*

Atque hoc credidisse ipsos Judæos veteres anteq. Synagoga deficeret (cujus defectum Ohdelius in Syn. bifronte, Losius, aliisque ita detexerunt, ut frustra essem si plura adderem, & eorum libamine meum ornarem Holocaustum, ingrati sunt, qui laudatos & bene meritos exscribunt, ipsis, quod mihi sæpe factum, non nominatis *) maneat his debita laus) in Syst. majore Antiq. Hebr. pluribus demonstrabo: Atque in his Judæum convertendum esse informandum probavi Alphabeto conversionis Judæorum Hanoviæ edito.

§. XX.

*Consequens
non suffice-
re pietat-
em, sed in-
super in do-
ctorie Eccle-
siæ requiri-
Eruditio-
nem.*

Consectarium nunc est nostræ explicatio-
nis, ut non aptus est conversioni *Judei*, qui eorum Lingua non tenet, quæ non est tam difficilis, quam Juvenes nostri putant, ut Doctiss. Gudius in diff. le-
ctu digna 1726. Lipsiæ habita, de præcipuis studiis Hebr.
Ling. impedimentis, non inepte probavit, ita ad
hoc opus cognitione Kabbala est opus: Quanta
vero ejus sit ignorantia patet ex omnibus illorum
scri-

*) Secus fecit Vir Cl. Dn. Englertus Prof. Jenensis p. 37. diff. de Paschate C. ultimo Jenæ 1726. habita, quæ vastam Viri Celeberrimi Eruditionem sa-
tis probat. Qui plus in laudem *Clavis meæ Talm.* dixit, quam meretur: Ex quo patet eum non judicasse Reformatos, in Arcadia natos esse.

scriptis, qui *Kabbalam* contemnunt, si enim eam intelligerent, ut noster Cocc., Atingius, Meyerus, & magnum decus Eccl. Ev. Luth. Maius, Danzius, ne de *Ritangelio* dicam, non ita loquerentur: Unde efficitur non sufficere Theol. Prof. esse pium, sed insuper, ut necessarium hoc tempore studium Propheticum intelligat, requiritur cognitio. *Antiq. Jud.* quae sine *Rabbinis* non acquiritur, saltem Viris eos amantibus, qui autem eos odio habet, quomodo credet Viris Doctis ex iis utilia proferentibus, dicet potius cum furioso quodam *Timone* ex hujus scriptis proficere nolo, quia eum odio habeo: Vox non hominis sed Bovis, ut probavit Cl. *Werenfelsius* Libro ævum laturo, de *Logomachis Virorum Eruditorum*: scilicet *Judex iratus nil judicat æquum*. Quid an non Basil. M. post eum *Fabricius* probarunt, etiam *Secularia* studia Theologo utilia esse: Et *Dilberrus* (sua Eccl. ornamentum ut supra probavi) an non recte dixit: Theologi pietatem non debere esse rusticam aut plebeiam sed doctam, adeoque *Eruditionem* (& sic veram ex convictione ortam, non Hypocriticam, in variis fictis gestibus consistentem sanctitatem requirit, quam possedit M. *Coccejus* hominum maiorum contemtu, longe altior, ut *Alardus a Radt*, aliquique dudum demonstrarunt.)

§. XXI.

Audio aliquem opponentem; Eruditio in-
F solvitur
flat, obj. que con-

etræ no- flat, ut solent Schwenckfeldiani, Poiretiani, aliique
 strum af- miseri IDIOTÆ opponere, ut peplo contemtus
 fertum pro- Eruditionis, crassam suam tegant ignorantiam, &
 ferri posset, veritatis odium: Vana non vera scientia inflat, ut
 dudum ad hunc ipsum quem ex 1 Cor. XIII. oppo-
 nere solent locum, respondit Desid. Erasmus Rottero-
 damus, ex multis scriptis notissimus: Vendat indo-
 Etus clamator & Hypocrita ore amans corde o-
 dio habens Christum, fumum, ut Philosophus ille
 apud Lucianum loco ab Illustri Heinuccio in suo Philo-
 sopho Semi Christiano §. XII. p. 23. allegato. Vivendo
 exprimi debet virtus; sed vita spiritualis est invisi-
 bilis, & residet inanima: Potestque æque apud
 simplicem ac doctum inveniri? Concedo, sed qui
 alios docere, præcipue magnum opus conversionis
 Iud. & Genium, ultimo tempori N. T. promis-
 sum aggredi vult, debet ipse prius doctus esse:
 Sed non vana scientia turgidus, verum saginatus
 rebus succi plenis, & non illicitæ φιλανθρίας (nam &
 datur licita contra Geuling. ut in rat. Lab. probavi) li-
 tare: Omnia breviter & nervose hic comprehen-
 dit S. Bernh. Serm. XXVI. in Cant. Sal. sunt namque,
 qui scire volunt, eo tantum sine, ut sciant, & turpis curio-
 sitas est; Et scint, qui scire volunt, ut sciantur ipsi, &
 turpis vanitas est; Qui profecto non evadunt subsona-
 rem satyricum, & ei qui eiusmodi est, decantanteq; sci-
 re tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter: Et sunt qui
 scire

*scire volunt, ut scientiam suam vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt, ut edificant alios, & charitas est. Horum omnium solum ultimi duo non inveniuntur, in abuse-
ne scientie, quippe qui ad hoc volunt intelligere,
ut beneficiam.*

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA RESPONDENTIS.

I.

Studium Antiquitatum ad intelligendos Auctores est necessarium; Ut de Auctoribus Latinis & Græcis Critici profani: De sacris Theologi cordatores, qua Lutherani qua Reformati probant: Nam in studio Philologico, utriusque fraterne conspirant; Et flagellant ac flagellantur amice: Hinc ilud studium ab Optimo D. Patre meo amatum, mihi valde arridet. II. Cujus fontes sunt Libri antiquissimi, marmora, lapides, Nummi, Rabbini, præcipue & *Philo Judeus* ac *Fl. Josephus*, in Antiq. sacris, ad studium Propheticum, minime carendis. III. Ad conversionem Judæi, requiritur peritia *Kabbale*, quæ nihil aliud est quam Orthodoxa veterum Judæorum Theologia. IV. Laudandum quidem est studium Polemicum, sed recte judicant Theologi Batavi, omnium partium studii Theologici optimum & solidissimum esse studium Propheticum,

F 2

AG.

* (44) *

ACCLAMATIO VOTIVA
FAVTORVM ET AMICORVM
DOCTISSIMO IVVENI,
DN. IOHANN. GOTTLIEB
STVBENRAVCHIO,
MAGNI THEOLOGI FILIO HAVD PARVO
FVTVRO
S. P. D.
Disputationis hujus PRÆSES.

*Felices illos judico non qui parvum, sed qui magnum ag-
greduntur opus; Reče Rabbini, qui se vult purifi-
care ei DEV S adfisit: Non potest DEV S eos deser-
rere, qui ipsum querunt, anhelantque: Queris ipsum
in Typis, juxta monitum Virorum maximorum: Queris
in Prophetiis: Glorificas ibidem inventum: Deseris Aca-
demiarum vanitates, & solida in iis hausta repetis, &
novis apud me (cujus causa hic venisti, non propter Gram-
matices subtilitates, ingenium Tuum nimis alium est, quam
ut istiusmodi ineptiis vaces, queris solida, masculam Eru-
ditionem: Robur virile in Christo agere episcopio) indies ac-
cessoribus auges. Quis non Tuum studium approbet, &
Tibi acclamet etenim illud Ludorum Olympicorum:
Offendit hoc Specimine luculento, Tibi non aliud esse
scopum, quam veritates coelestes recte primum intelligere,
deinde*

deinde altis inculcare. Quare Tibi gratulor, & opto felices porro progressus in studiis Tuis, ad laudem S.S. Trinitatis, & proprium commodum: Reviviscat per Te pater Opifex, Vir non solum pius & placidus, sed etiam eruditus, discretus, & affabilis: Benedictio ipsius requiescat super Te: Eiusque Patroni, Fanticis & Amici, id quod ipsi fuerunt, Tibi fiant, sic opto, voveoque. Vale Vir Doctissime & nostris Musis favere. Dabam Servest. in
Gymn. Anhalt. a. d. XXIX. May Anni reparatae
salutis MDCCXXXIV.

VIRO DOCTISSIMO,
DN. IOH. GOTTLIEB. STUBENRAUCHIO,
Philologiae & Theologie Cultori Strenuo,

S. P. D.

WILH. HENR. VAN BASHVYSEN,
Philol. & Theol. Stud. Opp. Ord.

Notabile est, quod legimus apud Virum quendam Doctillum; Cupio is esse, cui re proupera invideri possit; Ut non aliis quam in sole ambulanibus adest umbra, ita non aliis quam iter gloriae eunibus, rixor est comes: Nam iavidens semper videt aliquid laudabile in eo cui invidet, quod vellet sublatum, exempla id docent in S. ac profana Historia. Est enim tristitia de rebus secundis, quam definitionem satis explicarunt Viri illi Doctissimi, qui de invidia scripserunt, morbo irregenitico proprio, nam regenitus non invideat. בְּרִית מֹשֶׁה וָיַדְעָה בְּרִית מֹשֶׁה וָיַדְעָה בְּרִית מֹשֶׁה וָיַדְעָה

inquietum Iahudisæ, quia non laborant οὐδὲ πικροῦ sed veritatis amore certant de palma, cum Amicis suis, qui-

bus

bus non invident victoriam, modo non inter legnes qui nihil memorandum in vita fecerunt, memorari possint: Eorum symbolum est, tentandum aliquid, in magnis sed voluisse sat est. Hoc experiris mi *Stubbenrauchi*, Tui Tecum de Victoria non honoris sed veritatis certant amici, opposentes a Te invitati, certamen & Zelus quæ non nisi roderet Momus, qui rodit omnia, & cui nil restum, quam quod facit ipse, et si pessimum sit: Sed & Te vexantes Tuam pacem, ad studia tam necessariam turbant, qui Academicos in sua Societate ferre non possunt: Quorum tamen copia non solum *Sal. van Til*, Vir Magnus, in Gymn. Dordraceno ornatus, sed ipse pater meus *Hanoviae* & hic nullo non tempore gavisus fuit: Ubi enim *Praxis Theol.* solide docetur & cum L. *Or.* & *Antiquitatum Romanarum*, *Græcarum* & *Hebraicarum*, accurata tractatione conjungitur, cur eo non confluenter limatissima & ad magna nata ingenia? Quos inter numerandus sim, ex studio Veri, vel Zelo amaro, Tecum conversantes, Tibique Opponentes, videoas ipse qui *Lyceis* gaudes oculis. Quod Tibi brevibus certamen bonum, cum Victoria juncitum apprecer, forte apodicticum argumentum est, quod Tuo honore gaudem, Tibique gratuler: Excita D. Patrem Optimum, fac in Te vivat Vir longiore vita dignus & mater tristis ex carentia Socii castissimi thori, ex studiorum Tuorum in *primitivis* pulchrorum, larga *messe*, uberrimam capiat consolationem, Tu fructum, Praeceptores Tui Gaudium, Commititones calcar ad imitationem (non stimulum invidiæ) Patria ornamentum, Tu usum & Lætitiam. Sic Vale Amicorum ocelle, & longos bonorum studiorum carpe fructus, nam et si radices literarum Bonarum sint amara, tamen fructus sunt dulces. Scripti Servest, A. d.

XXIX May MDCCXXXIV.

¶ (o) ¶

Nach-Klang und Vorstellung des Nutzens dieser Arbeit.

Senn jemand will den Weg zur Seeligkeit erfinden/
Der muß mit allem Fleiß gehn auf die rechte Bahnz
Dass er der Opfer-Zweck gnau lerne zu ergründen/
Den zeigt Kabbala bey den Hebraern an:
Die mit der Gottes-Schrift nur einerley benennet/
Indem nur die und die auf den Messiam weist;
Ob schon der Jude nicht Herrn Christum draus erkennen/
Wird er dennoch bekehrt aus dem mas Talmud heist,
Es sind darinnen zwar viel ungereimte Gründe/
Die Christen reinigen die Perlen von dem Roth;
Genug daß man hieraus Messiam leicht erfinde/
Wie solcher leiden sollt am Kreuz den buttern Todt,
Will ein Theologus Christum gerechtigl. lehren/
Der muß das Alterthum der Juden recht verstehn;
Damit die Schaafe auch die rechte Stimme hören/
Wie sie den schmahlen Steg zu Christum müssen gehn.
Ein Lehrer soll zwar wohl den Hochmuth tödtlich hassen;
Doch ist's mit Frömmigkeit schlechthin nicht ausgemacht/
Die Frömmigkeit muß auch Gelehrsamkeit umfassen;
Dann mit Scheinheiligkeit wird er gewiß verlacht.
Herr STUBENRAUCHIVS hat dieses wohl erwogen/
Da er der Opfer-Brauch von Christo will verstehn;
Hergegen finden sich gewaltiglich betrogen/
Die (wie Spencerus thut) zu den Egyptern gehn.

G

Gott

Ott gebe fernerhin zu seinem grossem Fleisse
Den Seegen seiner Huld mit milder Seegens-Hand/
Dass er sich dann hernach vom Neid der Feinde reisse/
Und diene Gott dereinst im heilgen Kirchen-Stand.

In Eyl entworfen von schon gemeldten ex-
gebensten Diener und Freund des Hn.
Respondenten

W. H. VAN BASHVYSEN,
des Hn. Präsidis jüngsten Sohn.

Heros ut fortis non curat fulmina belli
Telaque non hostis sed forti mente repellit ;
Sic Dominus Stubenrauch haud curans agmina teli,
Aggredientes se, perdocta mente repellit,
Gratulor ergo Tibi, nec non laudo T V A facta,
Instes conatis tunc crescent laudis honores,
Æque tvos digno præcinctet flore capillos
Atque labores tunc reddet Tibi magnus Apollo.

*Hac paucula in honorem doctiss. Dr.
Kessp. apponere voluit*

I. B. T. BOBBIVS,
Dessavia-Anhalt Phil. Stud
Opp. Ord.

MONENDVM:

S. XIII. Fini post parenthesin addatur, quod erat in
calamo : *Cf. Saubertus in Tr. de Sacrificiis.*

□□□ (o) □□□

Fd 2082

ULB Halle
004 222 318

3



8b.

AC

Farbkarte #13



B.I.G.

EXERCITIVM PIETATIS LXVI.
SIVE PIA AD S. C. COLLATIO

DE MANIPVLO HORDEACEO,

ad illustrationem loci difficilioris Lev. XXIII, 6-15.

בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

P R A E S I D E

Illustris Gymnasi Academici Serenissimorum Principum Anhaltinorum Rectore & Professore Theol.

Ling. Orient. & Historiarum,

HENR. IAC. VAN BASHVYSEN,

S. S. Theol. D. & Soc. Regiae Angl. de propagando
Evangelio atque Berolin. Scientiarum Socio,
Scholæ Senat. Serv. Inspect.

AD PRÆPARATIONEM S. C. PRÆDICTI

Gymnasi, a. d. XXIX. Maji MDCCXXXIV.

inter Commilitones
ab hora VIII. - XI. matut.
defendet

JOHANNES GOTTLIEB STUBENRAUCH,
Magdeburgensis Brandenburgicus,

S E R V E S T Ä,

Typis CHRISTIANI BÖHMII, Illustr. Gymn.
Anhalt. Academ. Typograph.

